



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

23. S. Perpetuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

à Leone quarto, Summo Pontifice, qui aderat, Benedictione, ad quietis suæ locum rediisse.

XXIII. S. PERPÉTUVS.

Dionantensium hic Patronus, & Tutelaris anno 617. S. Gondulphi Sedem, dignus Successor occupat. De quo ad institutum meum hæc tantum habeo, quæ notem: Barbaros diligenter in Fide excoluisse, quantumvis renitentes, infensosque: B. Virginem, Sanctosque reliquos impensè excoluisse: & ne post mortem suorum oblitus videretur, Oleum è corpore suo largiter, multorum sanandis morbis, & symptomatis, scaturiuisse; de quo illud canere liceat, quod de S. Nicolaij Oleo quidam cecinit non inaeleganter.

Cuius

*Cuius tumba fert Oleum,
Matres Oliuæ nesciunt :
Quod natura nõ protulit,
Marmor sudando parturit.*

XXIV. S. EBREGISVS.

DE isto Sancto , cum nihil certi ad rem nostram prodant Historiæ, hoc solum dicamus, Constare, nihil, illo Tungrensem Sedem tenente, mutatum in Religione ; nullam hæresin, aut prauam doctrinam emeruisse : quod satis est , ad ostendendum eatenus continuatam Catholicam fidem. Quod vnum hoc Opusculo agimus.

XXV. S. IOANNES
AGNVS.

SVperiores Sanctos excepit Ioannes Agnus , ipse quoque Sanctus, & Sanctorum vesti-